



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia**

Ab anno CCCXIV. ad annum CCCXLVI.

**Parisiis, 1644**

De excommunicatis ab vno episcopo, non recipiendis ab alio: & de  
absoluendis illis ab archiepiscopo, vel patriarcha, cum constiterit de inqua  
excommunicatione. Capvt VI.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15072**

eo virtutem, doctrinam, & sanctitatem; fiatque <sup>ANNO  
CHRISTI  
325.</sup> cum consensu populi.

*De excommunicatis ab uno episcopo, non recipiendis ab alio: & de  
absoluendis illis ab archiepiscopo, vel patriarcha, cum  
constiterit de iniqua excommunicatione.*

### C A P V T VI.

Apost. 56.  
Ant. c. 6.

Nullus episcopus recipiat ab alio quocumque episcopo excommunicatum, siue presbyterum, siue alium e numero clericorum, siue laicum; nec eum ab excommunicatione liberet, ne excommunicatione illius episcopi contemnatur. Quod si episcopus, qui illum excommunicauit, est iniquus, & tyrannus, potest absolui ab archiepiscopo, vel patriarcha, postquam per literas cognouerit, & admonitus fuerit de illius episcopi iniquitate; & debet patriarcha, vel archiepiscopus scribere ad episcopum, quid actum sit; admonereque eum de iniustitia & iniquitate eius.

*De Concilis prouincialibus bis quoque anno habendis ad consideranda omnia que ad ecclesiis prouincialium episcoporum pertineant.*

### C A P V T VII.

Apost. c. 36.  
Conc. Ant.  
19. Calch.  
ca. 19. Leo  
epist. 4. c. 7.

Statuimus, ut omnes episcopi prouinciæ bis sanguinis annis Concilium habeant, archiepiscopo, aut patriarcha præsente, semel ante quadragesimam secundam hebdomada post festum Epiphaniæ, & iterum mense Septembri; ut in eo Concilio omnia quæ ad eorū episcopatus pertinent, considerentur: & si inuentus fuerit aliquis propter blasphemiam contra fidem excommunicatus, denuo ab omnibus excommunicetur, donec episcopi defensionem eius recipient facta inquisitione veritatis Dei.